Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



96 103

Passio dñi nri iesu xpi secundum Marcum:
In illo tpe Erat pascha et azima post biduum
Et querebant summi sacerdotes et scribe: quo
modo iesum dolo tenerent: et occiderent Dicebant
enim Non in die festo ne forte tumultus fieret in
plo Et cum esset in bethania: in domo symonis
leprosi: et recumberet: venit mulier habens ala
bastrum vngenti nardi spicati pretiosi: et fracto
alabastro effudit super caput eius Erant autem
quidam indigne ferentes intra semetipos et dicen
tes Vt quid perditio ista vngenti facta est Potest
enim vngentum istud venundari plusq; trecentis
denariis: et dari pauperibus Et fremebant in ea
Iesus autem dixit Sinite eam Quid illi molesti estis
Bonum opus operata est in me Semper enim pauperes
habetis cum vobiscum: et cum volueritis potestis illis
benefacere: me autem non semper habetis Quod habuit
hoc fecit: preuenit vngere corpus meum in sepul
turam Amen dico vobis: vbicumq; predicatum fuerit hoc
euangelium in vniuerso mundo: et quod hec fecit
narrabitur in memoriam eius Et iudas scario
this vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes
vt proderet eum illis Qui audientes gauisi sunt
et promiserunt ei pecuniam se daturos Et querebat
quomodo illum opportune traderet Et prima die azi
morum quando pascha immolabatur: dicunt ei disci
puli Quo vis eamus: et paremus tibi comedere
pascha Et mittit duos ex discipulis suis: dicens
Ite in ciuitatem: et occurret vobis homo lage
nam aque baiulans Sequimini eum Et quocum
q; intrauerit dicite domino domus: quia magister